HUGO DE SANCTO VICTORE. GUILELMUS DE SANCTO THEODORICO. BERNARDUS CLARAEVALLENSIS
Göttweig (?), 4. Viertel 12. Jh. Seite 119r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36641
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift





operantur. et mutua quadam et amica liberalitate de quibus singuli habundant
invicem dant et accipiunt. quia et supremus in deliciis inferioris sepe delec
tatur. delectatur et iocundatur. et inferior non nunquam superioris gaudio perfun
ditur et afficitur. medio alternatim inter utrumque discurrente et utrimque con
gaudente. Sed libet adhuc contemplari subtilius divicias quibus singuli ab
undant. Primus est contra temptationes. secundus contra hereses. tercius cantant in pace
idipsum dormiam et requiescam. In primo remissio peccatorum et emulatio vi
ciorum. in secundo exercicium virtutum. in tercio virtutum perfectio. et summi boni ad
hesio vel fruitio. In primo usus sacramentorum in vii. misteriorum. in iii. res ipsa sacramentorum
vel misteriorum. Primus in maria peccatrice humilis. in petro feruens. in iohanne pius
vel dulcis. Secundus dormit a secularibus. vigilat in spiritualibus. languet cum deficit in
salutare dei anima eius. videns et non per videns. et ad per videndum amore et de
sidio languens. Tercius audit verba ineffabilia. silentium pace. scilicet illam dei
que exuperat omnem sensum. Primus oves suas. i. infirmos sensualitatis af
fectus minans ad interiora deserta. ad interioris contemplationis recessus et conside
rans rubum qui ardebat et non comburebatur. i. misteria incarnationis domini. volens
que propius accedere per intellectum audit a domino. Ne appropinques huc. scilicet solue
calciamenta de pedibus tuis locus enim in quo stas sanctus est. Secundus ascendit in mon
tem auditque a domino. Tu vero sta hic mecum et docebo te leges et mandata que
preponens filiis israel. videtque exemplar tabernaculi eterni quod fixit deus et non homo
auditque a domino. Vide ut omnia secundum exemplar quod ostensum tibi est in monte.
Tercius in monte sepelitur a domino. i. absconditur in abscondito faciei. et non novit
homo. i. humana sapientia sepulcrum eius usque in diem hanc. Primus audit
ab hominibus et dicitur ei cotidie ubi est deus tuus. Secundus recordatur et effundit in
se animam suam. tercius transit in locum tabernaculi ammirabilis usque ad domum
dei. Primus servit fidei. secundus spei. tercius caritati. et sicut fides deo nos gene
rat. spes nutrit. caritas consummat. sic primus status in nobis humanum affectum
deo dedicat. Secundus exuit veterem cum actibus suis et induit novum h. q. s. d.
c. est in. i. et s. vitatis. tercius consummat deo que conformat. et puritate mentis et vite
et sanctitate. Sive enim prophetie. sive lingue. sive fides. sive spes. ceteraque